

nec futura nec preterita eternitas. Nunquid ma-  
 nus mea valet hoc. aut manus oculis mei per lo-  
 queles ait tam grande rem. Ecce respondeo di-  
 centi. quid faciebat deus antequam faceret celum et  
 terram: respondeo non illud quod quidam responde-  
 ribet ioculariter eludens questionis violentiam:  
 alta inquit scrutationibus parabat gehennas. Aliud  
 est videre: aliud ridere. Hec non respondeo. Libe-  
 rius enim respondere nescio quod nescio: quam illud  
 unde irridet qui alta interrogavit: et laudat quod  
 falsa respondit. Sed dico te deus noster omnis creature  
 creator: et si celi et terre nomine omnis creatura in-  
 telligit: audenter dico antequam faceret deus celum et  
 terram non faciebat aliquid. Si enim faciebat: quod  
 nisi creaturam faciebat. Et utinam sic sciam quicquam  
 utile scire cupio: quemadmodum scio quod nulla fie-  
 bat creatura. antequam fieret ulla creatura. At si cui-  
 usquam volatilis sensus vagatur per imagines retro-  
 tempus et te deum omnipotentem et omni creatorem et omni te-  
 nentem celi et terre artificem ab opere tanto antequam id  
 faceres per inuabilia secula cessasse miratur: euigilet  
 et attendat quod falsa miratur. Nam vni poterat inua-  
 bilia secula pretereire quam ipse non feceris: cum sis omnium se-  
 culorum auctor et conditor. Aut quam tempus fuisset: quam  
 ab te condita non essent. Aut quam preterisset: si nunc  
 quam fuisset. Cum ergo sis operator omnium temporum: si fuit  
 aliquid tempus antequam faceres celum et terram: cur dicitur ab